

M. ÆMILII PORTI, FRANCISCI PORTI, CRETENSIS F.
Notarii Imperialis, DE NIHILI ANTIQUITATE, ET MUL-
TIPLICI POTESTATE TRACTATUS. CASSELLIS Ex offi-
cina typographica MAURITIANA, opcrâ Wilhelmi Wessellii
typographi. ANNO M.DC.IX.

In-4° de 8 ff. non chiffrés, dont le dernier est entièrement blanc.
Plaquette latine de la plus grande rareté.

Les ff. 2-3 sont occupés par la très curieuse préface suivante :

M. ÆMILII PORTI, FRANCISCI PORTI CRETENSIS F., NOTARII
IMPERIALIS, DE NIHILI ANTIQUITATE ET MULTIPLICI
POTESTATE TRACTATUS NULLI DEDICATUS.

Non dubito quin hoc novum dedicationis genus novam in
multorum animis admirationem sit subito moturum, illorum
præcipue qui sua tantum laudare noverunt, aliena vero spernere
consueverunt. Cur enim (curiosi curiose quærent), cur Portus,
qui suam scapham variis tempestatum procellis in alto maximis
cum periculis adhuc fluitantem atque iactatam videt, ad pro-
ximum atque tutissimum Herois clementissimi portum recta
cursum dirigens remis et velis appellere veretur? Cur NULLUM
optimo, potentissimo et clementissimo Principi (sub cuius
fortissimo patrocínio, favente Deo, vitam rationi consentaneam
et virtuti congruentem degere statuit) in hac novi tractatus
dedicatione, per nescio quam importunæ verecundiæ speciem
anteponit? Quid ad hæc Portus? Quomodo, quibus verbis
honeste se purgabit? Huiusmodi voces et querelas accusatio-
num plenas iam auribus mihi videor audire. Sed qui Porti
mentem consilii que iudicium intellexerit, de Porto conqueri
statim desinet.

Cum enim Portus in Germaniam primum venit, NULLUS ipsi,
cum lectissimo totius Germanicæ nobilitatis flore, tanquam
Cæsari, processit obviam. NULLUS ipsum in pulcherrimas et
munitissimas quasque principum arces honorificentissime

